



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

53 Haereticis non licet synagogas, & similia loca sibi constituere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Hebræos idem est, quod Ecclesia apud nos, & apud Sarracenos Mesquita, clem. unic. & ibi gloss. in verb. mesquites, de Iud. & Sarrac. quia sicut convocantur populi fideles ad Ecclesiam, ita Iudæi convocantur ad Synagogam, Bald. conf. 315. num. 3. Quare pro magno habere debent Iudæi, quod in veteribus Synagogis, & suis observantiis tolerentur, dicto cap. consult. & ibi Abbas numer. 1. de Iud. & Sarrac. qui autem, etiam sine alia prava intentione facit, aut reficit idola apud Indos, aut Synagogas apud Iudæos, aut Mesquitas apud Mahumetanos, aut pagana templa apud paganos, aut hæretica apud hæreticos, aut aliquid aliud facit, cuius principalis usus sit peccatum mortale, mortaliter peccat, Navar. in Manual. cap. 14. nu. 31. alias 36. Iudæus tamen admittens orantes in ædibus propriis, & deputans locum ad orandum cum luminaribus, & candelis non dicitur Synagogam erigere, quia, quod de erigenda Synagoga dicitur, de publica est intelligendum, ut post Bald. in dict. conf. 422. num. 8. lib. 5. quem citat tenet, idem Card. Tulch. ibidem num. 5.

52 Non tamen hic prætermittam, octo esse Hebræis permilla, & reliqua omnia prohibita.

Primò, quod habeant synagogas publicas solitas, & oratoria particularia.

Secundò, quod eorum ecermonias, & ritus servant, & non possint in eis turbari.

Tertiò, conveniunt cum Christianis, in ijs, quæ insunt permilla, & licita.

Quartò, non sunt molestandi, si sint obedientes.

55 Quintò, non sunt compellendi ad eadem.

Sextò, non vulnerandi sine medio iustitiæ,

Septimò, non exhumandi ex eorum cæmeteriis.

Octavò, ita admittantur ad prædicta, quatenus non excedant, Bald. conf. 316. per tot. lib. 1. Idem Tulch. ibidem numer. 6. Alia, quædam de Iudæis, & de pœnis, quas incurrun, scripsi in cap. 25. numer. 112. usque infim. tom. 1. ad quæ lectorem remississe, sufficiat.

53 Hæretici autem tam de jure Cæsareo, quàm canonico synagogas, aut alia loca, in quibus conveniant, aut ad litanias faciendas nocte, vel die, sive sub ecclesiarum nomine, sive in privatis ædibus vel locis habere prohibentur, quia eorum conventicula non ecclesiæ, sed conciliabula appellanda sunt, l. cuncti hæretici, & ibi Salic. C. de heret. & manich. l. conventicula, ubi etiam Bald. de Episc. & cler. & cap. clericius, 24. quest. 3. & de hæreticis, eorumque criminibus & pœnis scripsi in cap. 37. tom. 1. & videndus est direct. Inquis. cum ibi citatis per Pegn. in 2. par. lib. 2. Schol. 43. 44. & seq. & par. 3. lib. 3. Schol. 151. & seq.

54 Mesquitas etiam tam in universo Christiani- fidelium dominio Sarracenis habere est prohibitum, quoniam ipsi non unum Deum verum, sed perfidum, & facinorosum Mahumetum colunt, & diebus singulis certis horis in loco aliquo eminenti ejul- dem Mahumeti nomen alta voce invocant, extollunt, ac ibidem verba quædam in illius honorem publicè profitentur, Clem. unic. de Iudæ. & Sarrac. & Lud. Roman. lib. 6. cap. 35. & 36.

Fuit enim Mahumetes Arabs genere, ut

O O O O 2 resta-